

malē affectum . Vnde eligi non debet ad tale munus subeundum qui sibi summitt honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.

CONFESSOR.

¶ Circa hanc materiam hoc ordine procedam. Primo notabilia præferam. Secundo dubia vtcunq; absoluā. Et tertio facultates & priuilegia concessa ordinū Mendicantium confessoribus, per conclusiones explicabo.

¶ Notandum est primo, q̄ ut constat ex perpetua Ecclesiæ traditione ab Apostolis usq; in præsens seruata, quam etiam recenset simulq; approbat Sacra Tridentina Synodus, Sessione. 14. cap. 7. ad absoluendum aliquem a peccatis duplex potestas ex parte Sacerdotis requiritur. Altera dicitur potestas Ordinis altera vero jurisdictionis. Quarum si altera desit, omnino nihil fit in peccatorum absolutione. Potestas Ordinis etiam distinguitur duplíciter, in potestatis Clauem, & in Clauem sciētię. Clavis potestas est auctoritas siue potentia collata in Sacramento Ordinis ad absoluendum & remittendum peccata. Clavis